



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117956

§. 50. Halinardus Archiepiscopus Lugdunensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66323)

pus Hamburgensis, in hoc itinere Henricum Regem secutus, a spe Summi Pontificatus proxime abfuit; sed maluit efficere, ut Collega suus Suidgerus maximi honoris apicem attingeret. Novus Papa assumpto Clementis II. nomine in Festo Nativitatis Domini consecratus ea ipsa die Henricum Regem & Agnetem Imperatricem corona Imperii Romani redimivit.

§. L.

Halinardus Archiepiscopus Lugdunensis.

Henricus profectiois Italicae comitem habuit Halinardum, nuper Archiepiscopo.

Sæculum XI.
A.C. 1046.
*Adam. l. III.
c. 8.*
*vit. Sæc. 6.
Ben. par. 2.
p. 34.*

lanorum Comitum fuit audacia factiosa compressa, laudata reperitur a pluribus Henrici Regis detestanda præsumptio, qua negotium facessere Gregorio legitimo Christi Vicario . . . non est veritus &c. Tum iterum: qui quidem pervicax error transit in Hæresim, dictam Henricianam, communem cum Politicis nostri temporis, qui volunt Imperatoribus sive Regibus non temporalia tantum, sed Spiritualia esse subiecta. Et infra: Velamentum fuit fraudis & adinventus prætextus, quod eligeretur peregrinus eo, quod Romæ non reperiretur idoneus. Nam quis magis idoneus ipso Gregorio, quem viri Sanctissimi atque doctissimi ejus temporis summis laudibus prædicarunt?

Sæculum XI. A.C. 1046. pitcopum Lugdunenem creatum. Is in Burgundia natus, atque deinde ex Canonico Lingonensi Monachus ad S. Benignum Divione, sub Guilielmo Abbate, ipso iubente Prioris munus subiit, & eodem vita functo Abbas electus est, perinde Roberto & Henrico Regibus Franciæ ac Imperatoribus Conrado & Henrico

Sup. §. 42. carissimus. Superius memoravimus, eum recusante S. Odilone ab Henrico Imperatore Archiepiscopum Lugdunensem fuisse designatum. Cum vero Udalricus, cui Halinardus hanc Dignitatem reliquerat, ea non plus annis quinque potius esset, ab æmulis veneno sublatus, omnes Clerici populusque Lugdunensis, missa ad Regem Legatione, Halinardum sibi ordinari Archiepiscopum instantissime petierunt. Et lætus Rex assentiebatur, Halinardus vero tamdiu moras nexuit, donec Gregorio VI. Pontifici districte præcipienti, obtemperandum fuit.

Halinardum venientem, ut Investituram acciperet, cum Rex de more ad præstandum juramentum vellet compellere, respondit: *Evangelium & Regula S. Benedicti jurare vetant; si has leges violavero, quomodo Rex sperare possit, me hujus juramenti fidem sanctius servaturum? malle Episcopatum fugere.* Episcopi Germani, præsertim Spirensis, in qua civitate.

tate tunc Imperator morabatur, urge- Sæculum XI.
 bant, ut juramentum, quod omnes edi- A.C. 1047.
 derant, & ipse pronunciare juberetur,
 sed Theodoricus Metensis, Bruno Tuller-
 sis, & Richardus Abbas Viridunensis, Ha-
 linardi amici, quibus explorata erat viri
 constantia, Regi suaserunt, ne vehemen-
 tius instaret. Dixit Rex: *Saltem in con-*
spectum meum veniat, ut morem servasse
videatur. Verum Halinardus: *Eadem*
culpa est, rem malam simulare ac facere.
Hoc Deus nolit! Non ergo aliud Regi
 superfuit, quam simplici ejus promissione
 contentum esse. Adfuit Rex, cum con-
 secraretur, & omnes sumptus ad hanc
 pompam adornandam necessarios ex suo
 ærario conferri jussit. Sic Halinardus
 anno millesimo quadragesimo sexto ab
 Hugone Archiepiscopo Vesuntionensi
 Archiepiscopus Lugdunensis ordinatus,
 Regem Romam proficiscentem eodem
 anno comitatus est. Eum, virum mitif-
 simæ indolis, & eloquentissimum maximi
 fecerunt Romani; nam omnium natio-
 num, lingua latina utentium, dialectum
 tam perite pronunciabat, ac si inter illos
 populos natus fuisset, id est, ut ego ar-
 bitror, linguæ Italicæ, Gallicæ, aliarum-
 que linguarum vulgariarum, quæ ex cor-
 ruptione Latinæ nascebantur, gnarus
 erat.

§. LI.